hodierna actis praesentibus datam manu requirentis subscriptam in omnibus et singulis
eiusque recognitionis conditionibus punctis clausulis articulis ligamentis et nexibus
quatenus universis tam in toto quam in parte firmiter tenere complere exequi ac
inviolabiliter observare omnibusque et singulis illius contentis toties quoties opus
fuerit satisfacere praefatam recognitionem ad inscriptionem praesentem et inscriptionem
praesentem ad praedictam recognitionem vicissim in toto referendo. Idque sub vadio
triginta florenorum pecuniae polonicae per praedictum recognoscentem Nobilem Fedor Ko-
pystenski eiusque successores suprascripto Nobili Stephano Jaminski et illius
posteris ob non completionem contentorum Recognitionis praefatae omnium et singu-
lorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum suc-
cumbendo. Nihilominus idem requirens Nobilis Theodorus Kopystenski supra-
scripto Nobili Stephano Jaminski ac illius posteris dat et concedit plenariam
facultatem omnimodamque potestatem inscriptionem praesentem roborandam ex his Actis
Castrensibus authentice depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia quandocunque vo-
luerit transferendi et transportandi quae transportata tantum valebit acsi per ipsum-
met requirentem transportata foret. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad sol-
vendum succumbendo ac pro se aliqua puncti ex praemissis non completione
[illegible] praemissis citatus extunc memoratus requirens Nobilis Fedor Ko-
pystenski et illius successores Ad instantiam praefati Nobilis Stephani
Jaminski et ipsius posterorum Ad officium praesens Castrense Capitaneale
Premisliense extunc recessu suprascripto quoad vendium spectat mediante
semper in primo citationis Termino tanquam peremptorio stare iuri parere
mederi vadia praestanda luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudica-
tum pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat
cumque terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes causis eiusque
Terminos semper peremptorios vera in firmitate pro maiori minorennitate successorum
legione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimentum ad victoriam vel
aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem
ultra proximos terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non sere-
[illegible] nullasque motiones appellationes ac eorum prosequutiones faciendo ac praemissa
omnia poenis et simplibus vel tricatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris pro-
sertione Generali bello Convocationeque et aliis omnibus iuris remediis et defensionibus
non subterfugiendo. Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Stawski

Stawski Fratri suo germano debet

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Ge-
nerosus Petrus Stawski Generosi Lucae Stawski filius sanus mente et corpore existens
a Terrestris districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo
huic autem iurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet se eiusque
successoribus bonaque suis quatenus omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo
palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generoso Georgio Stawski
fratri suo germano et ipsius successoribus summam mille florenorum pecuniae polonicae communis
monetae et numi in Regno currentis quemlibet florenum grossis triginta polonicalibus compu-
tando certi veri et liquidi debiti [illegible] praescripto penes se retentae pecuniae
tenetur atque debet. Quamquidem summam mille florenorum pecuniae polonicae in [illegible] suc-
cessores in et super bonis suis quibusvis omnibus ac summis pecuniariis habitis et habendis
[illegible] Generoso Creditori suo eiusque posteris inscribit et obligat hinc proxime a Festo
Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate venturo dare solvere et
coram officio actisque praesentibus Castrensibus Premisliensibus [illegible] reponere et relin-
quere repositamque et relictam rursus ab eodem officio non [illegible] nec arrestare
velquovis alio modo impugnare. Idque sub vadio similis summae mille florenorum pe-
cuniae polonicae per praefatum recognoscentem Generosum Petrum Stawski et ipsius successores prae-
fato Creditori suo ac ipsius posteris ob non solutionem summae praefatae puncti pro tempo-
re et loco suprascriptis ad solvendum succumbendo. Praeterea memoratus requirens Generosus Pe-
trus Stawski suprascripto Generoso Georgio Stawski [illegible] illius successoribus dat et concedit plenari-
am facultatem omnimodamque potestatem inscriptionem praesentem debitoream ex his Actis
Castrensibus authentice depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia quandocunque voluerit trans-
ferendi et transportandi quae transportata tantum valebit acsi per ipsummet requirentem trans-
portata foret. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succumbendo ac pro sum-
ma ipsa puncti non soluta solvenda citatus extunc memoratus requirens Generosus Petrus
Stawski aut eius successores Ad instantiam praefati Generosi Georgii Stawski et
ipsius posterorum Ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense extunc
recessu suprascripto quoad vendium spectat mediante semper in primo citationis termino
tanquam peremptorio stare iuri parere mederi vadium praefatum luere inscriptioni
huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos succes-
sores ad eadem omnia obligat cumque terminum primum peremptorium ac alios

omnes consequentes causae eiusque terminos semper peremptorios bona infirmitate pro maiori minorennitate judiciorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari admunimentis ad Evictionem vel aliis quibuscunque dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra proximos terminos officii praefati Castrensis Praemisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis Evasionibus suspensionibus fatalibus iuris Terrestri vel Conventionibusque et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante

Actum in Castro Praemisliensi Sabbatho in vigilia Festi Conceptionis Beatissimae Virginis Mariae Anno Domini Millesimo sexcentesimo trigesimo [illegible]

7/XII 1630

Stawski Parenti suo Cedit.

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Generosus Georgius Stawski Generosi Lucae Stawski filius sanus mente et corpore existens a Terrestribus districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo huic autem iurisdictioni Castrensi Praemisliensi quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse de omni et integro iure suo valle de inscriptione originali Terrestri Praemisliensi per Generosum Joannem Stanislaum Zdrowski filium olim Generosi Joannis Zdrowski ex Generosa olim Zophia de Borkowice suscepto Generoso Andreae Komorowski super summam Triginta millium florenorum polonicalium facta et in bonis villis Wolica et Orzechowo in Terra et Districtu praesenti Praemisliensi consistentibus modo obligatorio assecuratis danda per eumque Komorowski praefato Generoso Lucae Stawski patri recognoscentis actis praesentibus cessa et transfusa. Denum vero per eumque Generosum patrem suum sibi recognoscenti actis praesentibus et per transportationem Terrestribus Praemisliensibus condescendo inscriptionibusque tam originali quam et cessionariis latius de praemissis in se obloquentibus necnon de summa praefata ac bonis summa eadem et inscriptione praefata oneratis parataque bonorum eorundem intromissione et possessione per se hactenus

pacifice

pacifice continuata Necnon de aliis iuribus et inscriptionibus quibusvis sibi recognitis per praefatum parentem suum coram Actis quibusvis authenticis Regni modo quovis quoad bona praefata spectat ad hunc solum actum factis et recognitis. Cum omni praemissorum iure Dominio et proprietate ac quavis praerogativa Cumque omnibus et singulis eorundem inscriptionum originalis et cessionariae conditionibus punctis clausulis articulis vadiis ligaminibus ac nexibus universis summae et bonorum summa eadem oneratorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus attinentiisque et pertinentiis generaliter universis nihil ex praemissis iuris Dominii proprietatis ac cuiusvis competentiae et praerogativae pro se suisque successoribus aut alio quopiam reservando seu excipiendo verum prout praemissa omnia ipsemet recognoscens tenuit habuit et possidebat ipsumque concernebant ac eidem serviebant. Jam et nunc viceversa praefato Generoso Lucae Stawski patri suo et ipsius legitimis successoribus cedit et condescendo omne et integrum ius suum ad praemissa sibi serviens in personam eiusque cessionarii sui aut eius posterorum totaliter et plenarie transfudit transtulit et incorporavit prout praesentibus transfert transfundit et incorporat perpetuo. In quod quidem ius summamque bona summa eadem et inscriptione praefata onerata. Praemissaque omnia praesentia per se recognoscentem abscessa praefatus Recognoscens Generosus Georgius Stawski praefato Generoso Lucae Stawski cessionario suo eiusque posteris coram officio praesenti dat et admittit realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque et Nobiles duos per nunc ab officio praesenti additos die quacunque voluerint officiose acceptandam. Per ipsum cessionarium suum eiusque successores hoc idem ius summae et bona summa eadem ac inscriptione praefata onerata praemissaque omnia praesentia per se recognoscentis abscessa tenendum habendum possidendum illisque pacifice et quiete utifruendi ac ad usus suos suorumque successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertendum vigore praefati iuris originalis ea omnia latius in se complectentis et praesentibus inscriptionibus cessionariae et condescensoriis. Debetque et tenetur praefatus Recognoscens Generosus Georgius Stawski prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniariis quibusvis habitis et habendis praefato Generoso Cessionario suo eiusque posteris inscribit et obligat praesentibus eundem cessionarium suum et eius successores in eodem iure summa et bonis summa eadem et inscriptione praefata oneratis praemissisque omnibus praesentibus per se recognoscentis